

ponit, nempe quia lex non habet consensum Pupilli pro legitimo cum nullum sit eius ætatis iudicium. *citat l. pupillus, ff. de reg. iur.* Et in terminis huius nostræ limitationis loquitur Franc. *Vii. opinion. com. lib. 2. opin. 677. num. 1.* Vbi pupillus sine tutoris autoritate non potest contrahere societatem, nec expressè, *vt habetur, l. 1. C. pro socio. Capr. conf. 17. nu. 3.* Nec tacite, *vt Crauet. conf. 286. nu. 1. Et facit ad hoc, l. qui ad certum, ff. locat.*

58 Vbi qui non potest expressè nec poterit tacite consentire.

Sublimiter tamen hanc limitationem quando Pupillus suo nomine utiliter gestum per fratrem maiorem, vel per Patrum, ratum haberet, quod facere potest, *l. si pupilli. in prin. ff. de neg. gest. & facit d. l. vt in conditionibus. secundum Bald. in add. quam facit ad tract. Bart. de duob. fratrib. quæ sequitur Franc. Vii. opin. commun. 677. num. 1. & Alex. conf. 49. col. 2. & seq. vol. 1. & Crau. d. conf. 286. num. 1.* Nam pupillus vt superius dixi num. 34. licet sine tutoris autoritate non possit se obligare, potest tamen sibi acquirere, ad egregiè tradita per Ant. Corset. in d. sing. incip. Pupillus. per tex. in tit. Instit. de Auth. tut. in prin. vbi Oimor. nu. 8. & S. Pupillus. Instit. de inut. stip. & l. seruum. in fi. ff. rem pup. sal. for. & facit glan. l. in negocijs. ff. de reg. iur. & l. donatarum. Cod. de acq. possess.

### ARGUMENTVM.

Non potest socius sine consensu socij alium socium in societate assumere, & si assumit tenetur assumens de facto assumpti, erga socium; sicut è contra tenetur de facto socij erga assumptum.

### SVMMARIVM.

- 1 Socius sine consensu socij alium in societate assumere nequit.
- 2 Societas consensu contrahitur.
- 3 Socius mihi non est quem ego socium esse nolo.
- 4 Si socius alium assumit, tenetur erga consocium de facto assumpti, sicuti è conuerso de facto socij erga assumptum.
- 5 Culpa assumpti imputatur culpa assumentis. & nu. seq. in fi.
- 6 Sibi imputet socius si socium negligentem admisit.
- 7 Nec maiori partii sociorum licet sine consensu socij, alium in societate assumere.
- 8 Cum illo qui non consentit numquam societas contracta intelligi potest.
- 9 Socijs non licet, ius non consentientis ad alium transferre, nec res communes plus parte sua alienare.

- 10 Scholaris inuitis alijs socijs alium loco sui in camera ponere non potest.
- 11 Qui societatem contraxit, certam personam elegit.
- 12 Iura loquentia de socijs adaptantur ad Scholares.
- 13 Scholares commorantes in eadem domo dicuntur socij, & ideo non potest vnus esse Iudex contra alium.
- 14 Vbi eadem ratio, ibi etiam idem ius statuitur.
- 15 Equiparatorum idem est iudicium.
- 16 Quotiescumque duo equiparata reperiuntur à lege, disposita in vno censentur disposita in alio, & quomodo hoc procedat, ponitur remissiuè.
- 17 Socius absens potest alium loco sui substituere, quod fallit secundum Baldum quando substitueretur minor 18. annorum.
- 18 Reprobatur hæc Baldi opinio, cum minor etiam in pupillari ætate possit esse procurator ad negocia, secundum communem.
- 19 Assumptus assumentis solummodo socius dicitur, & inter eos consistit obligatio.
- 20 Tenetur socius erga consocium de facto assumpti, etiamsi cedat iura quæ contra assumptum habet.
- 21 Si socius admittens fuerit non soluendo, conueniri potest admissus in substitutum, etiamsi admittens socio iura non cesseret.

### CAPVT TERTIVM.

An possit socius sine consensu socij. &c.

- 1 **D**uplicem in presenti capite regulam constituo; prima est quod socius sine consensu socij alium in societate assumere non possit. *tex. est in l. qui admittitur 19. ff. pro socio, & faciunt quæ per illum tex. tradit Azor. Inst. moral. lib. 9. part. 3. cap. 5. in fin. hoc potissimum fundamentum, quia societas consensu contrahitur. l. vt sit 31. cum l. seq. ff. pro socio. & ego plenè dixi in duobus superioribus capitulis.* Ergo nec mihi socius esse poterit quem ego socium esse nolo. *d. l. qui admittitur. 19. ff. pro socio.* Vbi hoc quasi de verbo ad verbum posito fundamento subdit in l. sequenti. *quod socij mei socius, socius meus esse non dicitur.* Hoc etiam tradit magistraliter Guliel. Mayn. in S. socij mei socius. *De reg. iur. in prin. & num. 1. mibi fol. 62. & succinte posuit etiam idem Azor. Inst. mor. par. 3. lib. 9. de societ. & mand. d. cap. 5. in fine.*
- 2 Secunda Regula est quod si socius assumit alium, teneatur ipse assumens erga socium de facto assumpti, & è contrario de facto socij erga assumptum. Huius ratio est quia si assumptus fuit in culpa, negari non potest culpam socij admittentis non fuisse. *l. de illo. 23. ff. pro socio, & ibi glo. in verb. admissum, vbi allegat concordantem tex. in l. 1. S. diceisse.*
- 3 ff. de vi. & vi arm. Ergo ex culpa socius assumens socio tenebitur. Sibi

enim imputet si socium negligentem admisit, ad tradita per *Ang. Aret.* in *Instit. de societ. S. socius*. Vbi hanc esse rationem subiungit quia mala electio est in culpa, per iura ab eo ibid. adducta. Hoc aequaliter tactum fuit à *Pet. de Perus. in tracta. de duobus frat. par. 10. in prin.* quod apud cum vide.

- 7 Amplia primo hanc primam regulam procedere etiam si plures essent socij, & maior pars illorum alium in societate assumeret; Nam quod hoc nec maiori sociorum parti liceat, probatur, per textum in *d. l. qui admittitur. cum l. seq. ff. pro socio*. Eadem enim ratio est in vno socio, ac in pluribus, cum tam inter duos consensu contrahatur societas, quam inter plures. *arg. l. 4. ff. pro socio, & Instit. de oblig. qua ex consensu in princ.* Imò dicitur societas duorum pluriumve conuentio, *glos. in rubr. Instit. de societate. Azor. In st. mor. part. 3. lib. 9. cap. 1. quaest. 2. tit. de socie. Oinot. In st. de societ. in princ. & ibi communiter Scribb.* Si ergo quis ex illis non consentiret cum alio, numquam societas contracta intelligi posset. *Guiliel. Mayn. de reg. iur. S. socij mei. in princ.* Vbi clarè habetur non posse dici societatem, nisi illorum qui contrahunt consensus interueniat. Ad hoc accedit regula *l. id quod nostrum est, ff. de reg. iur.* argumento cuius dici potest, quod nec licebit socijs ius non consentientis transferre ad ad-
- 8 missum, & facit *l. nemo ex socijs. 69. in princ. iuncta gl. ibi in verbo alienare*. Vbi socius sine consensu socij res communes plus partè sua non potest alienare.

- Amplia secundo primam regulam procedere etiam in scholari, qui recedens ad patriam loco sui alium scholarem in camera ponere velit. Nam hoc facere non potest inuitis socijs sicut nec potest quilibet alius socius. *Abb. in c. inter dilectos. ad fi. de fid. instrum. & in terminis huius Ampliationis. Spec. lib. 4. tit. de iudicijs. S. 2. num. 7.* Vbi rationem dicit esse, quia qui societatem contraxit, certam personam elegit. *S. Soluitur. In stit. de societate*. Et nemo fit socius alicui inuito, ut ibi per eundem
- 10 *Specul.* Huic addo ego aliam rationem, quia iura loquètia de socijs adaptari possunt ad scholares, & alios socios in eodè cenaculo habitantes ita *Azo. in l. in prescriptione, ff. de his qui deiec. vel effud. quem allegat. Abb. in c. inter dilectos. in fin. num. 18. de fid. instrum. & id Abb. in c. cum R. Canon. de off. del.* Vbi scholares commorantes in eadem domo possunt dici socij, & ita vnus, alterius Iudex esse non potest: Ergo sicut socius, ita, & scholaris alium, inuitis scholaribus, assumere nequit: facium ad
- 11 *hec, tradita per Oinot. In stit. de leg. pa. tut. num. 2. ubi per l. à titio. ff. de verb. oblig.* dicit quod ubi eadem ratio, ibi, & idem ius statuitur, & quod illa quæ non differunt ratione, nec differe dicuntur Iuris dispositione, &
- 12 *Prosop. Farinac. in prac. crim. tit. de var. ac diuers. quaest. quaestione 103. num. 233.* Vbi æquiparatorum idem esse iudicium tradit, secundum *glos. fin. ab eo citatam. in c. si postquam. de elect. in sexto, & secundum Roman. cons. 32.*

visa

*visa municipal. col. 3. num. 9. & Socin. iun. in l. sciendum. ff. de legat. 3. n. 138.* *16 coment. mibi fol. 152.* Vbi tenet quod quotiescumque duo æquiparata reperiuntur à lege, disposita in vno, censeantur disposita in alio. Hoc idem voluit *Oinotom. Instit. de actionib. S. ex maleficijs. vers. de action. ex test. num. 4. & seqq.* Vbi insuper quomodo hoc procedat declarat.

- Limita tamen primo primam regulam. Quando socius abest, & loco ipsius ipse absens aliquem substituit, & v.g. cum Procuratorem ad administrandam societatem fecit; Nam tunc alij socij illum admittere tenentur. *arg. l. idemq; ff. pro socio ibi: Quia potuit, & per alium societatem administrare: & faciunt tradita per Ang. Aret. Instit. de societ. S. manet. num. 2.* Vbi absenti qui vult renunciare, potest obijci quod per a ium facta societatis expediat. Et hanc limitationem procedere solum quando substituitur maior 18. annis, secus autem quando minor, videtur de mente *Bald. in l. exigendi, C. de procurat.*

- 18 Sed nescio qua ratione hoc non admittat *Baldus*, in minoribus 18. annorum, cum ad negocia omnia, minor ratione vtens, etiam si in pupillari ætate sit constitutus, possit esse Procurator. *Sanch. de matrim. lib. 3. disput. 41. num. 8. tom. 1. vers. sed multo; Vbi multis citatis de communi testatur, ex Alex. in d. l. exigendi. n. 23. & Aegid. Lusitan. coment. ad lex hoc iure. ff. de iust. & iur. par. 2. cap. 10. de Procuratoribus num. 2.* Vbi relatis contrarijs, hæc tamquam veriorem, & communioem defendit, & contrarijs optimè respondet. Contra *Baldum* igitur tenerem quod in terminis nostræ limitationis absens vel abfuturus minorem etiam 18. annorum loco sui in societatem substituere posset; nam non tamquam socius, sed tamquam procurator cum admittere videtur: quod tamen intelligas velim si iste minor sit valde idoneus, nam idoneitas requiritur tam in minore quam etiam in maiore, per ea quæ scribuntur in *d. l. idemq; erit. in princ. ibi: sed hoc non alias nisi valde sit idoneus. & c. ubi glossa, quæ licet hoc intelligat de socio, qui est abfuturus, tamen tenet quod possit etiam intelligi de extraneo, qui in locum socij substitui debet.*

- Limita 2. primam regulam, procedere tantummodo ad effectum alios socios obligandi assumpto, vel econuerso, non autem ad effectum obligandi sibi assumptum, & econtra: Nam assumptus assumptis socius bene dicitur, & inter eosdem benè consistit obligatio, ita ut si factio assumpti societas damnum patiat, assumens agere contra assumptum, & societati præstabit. i. socio, quidquid ab assumpto fuerit consecutus. *l. & quidquid. 2. i. ff. pro socio. & faciunt tradita à Petr. de Perus. tract. de duob. frat. par. 10. in pri.* Vbi dicit assumptum esse solum socium assumptis, & ideo ab altero socio conueniri non posse, sed ab assumptente tantum; sicut è contra ipsum assumptum alios conueniri non posse, sed solum assumptentem, qui Iure societatis contra socium poterit experiri, & quod fuerit consecutus ipsi assumpto communicare. Hæc *Pet.*

de Perus. formaliter loco citato, qui allegat Bald. in l. qui admittitur. 19. ff. pro socio, & tex. in l. & quidquid. 21. cum duab. legibus. seqq. ff. pro socio. Et hæc quo ad primam regulam.

Secunda regula est prout diximus sup. numero 4. quod si socius assumit alium, teneatur ipse assumens erga socium de facto assumpti, & è contrario erga assumptum de facto socij. Rationes huius regulæ posui sup. num. 5. & 6.

20 Amplia hanc secundam regulam procedere etiam si assumens cederet socio iura contra assumptum; Nam quod etiam hoc casu non liberabitur assumens, sed tenebitur socio de facto assumpti, est casus in l. de illo Pomponius. 23. ff. pro socio. & ratio ponitur in dicto textu, quia impossibile est negare culpa socij esse admissum. & facit glos. ibid. in verb. admissum. Vbi damnum quod fecit admissus, socius ipse fecisse videtur. citat concord. l. 1. S. deicisse. ff. de vi. & vi. arma.

21 Limita tamen hanc secundam regulam, non procedere quando admittens effectus esse non soluendo, vel aufugisset; Nam tunc admittens poterit in subsidium conveniri ab altero socio, etiã si huic omnino cessisset actionem assumens. l. fin. S. plane. ff. de eo per quem fact. & arg. l. 1. S. ult. cum l. eo nomine. 2. ff. de inst. act. l. de omnibus. & l. fin. ff. de præc. stip. & Petr. de Perus. d. tract. de duob. frat. par. 10. per totum. Vbi suprad. aliquat. liter tangit, & in terminis nostræ limitationis suprad. iura adducit.

### ARGUMENTVM.

Socius tenetur de dolo lata, & leni culpa, non autem de leuissima, & multo minus de casu fortuito.

### SUMMARIVM.

- 1 Socius adhibere debet in re communi eam diligentiam, quam adhibere solet in rebus proprijs diligens Paterfamilias.
- 2 Socius tenetur de dolo, lata, & leni culpa.
- 3 In contractibus qui gratia vtriusque celebrantur, venit dolo, lata, & leni culpa.
- 4 Socius tenetur etiam de fraude.
- 5 Fraus dolo inest.
- 6 Omnis fraus est dolo, non è contra.
- 7 Tenetur socius erga socium de lata culpa.
- 8 Lata culpa in contractibus equiparatur dolo, secus in delictis.
- 9 Negligentia in custodiendo rem communem lata culpa ascribitur.
- 10 Varijs nominibus in iure nominatur lata culpa.

- 11 Culpa socij furtum commissum creditur, si rem tam negligenter custodierit, ut surripi potuerit. Conductor de dolo, culpa tenetur &c.
- 12 De culpa lata tenetur, qui à custodia pecudum recessit.
- 13 Sicut qui animalia curare neglexerit, de lata culpa tenetur.
- 14 Sicut qui nimio onere mulum v. g. onerauerit; fallit si decesserit mulus exponere secundum consuetudinem, & muli sufficientiam oneratus; nam non tenetur onerans.
- 15 Conductor tenetur de culpa lata si non coluerit agrum temporibus opportunis.
- 16 Socius qui tempore tempestatis mare fuerit ingressus, de lata culpa tenetur, & quomodo lata culpa cognoscatur traditur.
- 17 De leui culpa socius tenetur.
- 18 Qui merces communes à teneis negligenter exussit, in leui culpa esse dicitur.
- 19 In culpa leui est qui infidelem famulum ad res communes asportandas elegit.
- 20 Sicut in culpa leui est qui negligentes operarios adhibet.
- 21 De culpa leui tenetur, qui qualitatem rei communis ignorat.
- 22 Heredes tenentur socio defuncti, ad illam culpam quã præstaret defunctus.
- 23 Fallit in herede ex necessitate, qui de culpa, leui tamen, non tenetur, etiam si defunctus ad illam teneretur.
- 24 Socius tenetur de culpa, etiam si aliàs, ex ipsius diligentia aucta esset societas.
- 25 De natura societatis est ut diligentia adhibeatur, & culpa puniatur.
- 26 Non tenetur socius de culpa, quando in rebus suis non consuevit esse diligens.
- 27 Socius vigore consueti, excusatur à dolo, & à culpa.
- 28 Culpa cum culpa, & dolo cum dolo socij compensatur.
- 29 De dolo quis non tenetur nisi per aduersarium illum allegantem probetur.
- 30 Dolus regulariter nunquam presumitur.
- 31 Item culpa non presumitur; fallit tamen in duobus casibus.
- 32 Socius non tenetur de leuissima, nec de casu fortuito.
- 33 Ponitur ratio cur socius non teneatur de leuissima.
- 34 Leuissima culpa socij cum leuissima culpa alterius compensatur.
- 35 Non tenetur socius de casu fortuito etiam si in se periculum reciperet.
- 36 De leuissima tenentur socij quando ad id expressè se obligauerunt, sicut & de casu fortuito. Vbi etiam quomodo procedat declaratur, & de hoc etiam numero 36.
- 37 Contractus ex conventionione legem accipiunt.
- 38 De leuissima tenebitur socius, si in rebus proprijs consuevit esse diligentissimus: Et num. 40. contraria sententia adducitur, & ea tenetur, etiam secundum conscientiam.
- 39 Inter socios actum videtur tacite, ut eadem diligentia adhibeatur, quam in suis soliti sunt adhibere.
- 40 Leuissima culpa quid.

- 41 De casu fortuito tenebitur pro parte socius, si in soccita pactum fuit quod animalia sint communia una cum fructibus.
- 42 Quid & quotuplex sit dolus, quomodo probetur, & an in dubio praesumatur; ponitur remissive.

## CAPUT QVARTVM.

## Ad quid teneantur socij.

**C**ontractu societatis tam expresse, quam tacite inito, tantam diligentiam & curam in rem communem debet socius adhibere, quantam ponere solet in rebus proprijs quilibet diligens pater familias. *l. socius a socio. ff. pro socio. & S. socius socio. Inst. de societ.* Ideo REGULA sit in hoc quarto capite. Quod teneatur socius ex dolo, lata, & leui culpa; Non autem de leuissima, & multo minus de casu fortuito. *d. S. socius socio. Inst. de societ. Azor. Inst. moral. lib. 9. par. 3. cap. 2. versic. secundo queritur. De societ. & mand. & l. cum duobus. S. venit. & d. l. socius socio. ff. pro socio; l. contractus. ff. de reg. iur. & ibi Guliel. Mayn. num. 46. & seqq. & ex l. si ut certo. S. nunc videndum. ff. commodat. Vbi habetur in omnibus contractibus, qui fiunt gratia vtriusque (prout est societas) soluendum esse damnum quod prouenit ex dolo, lata, & leui culpa, non autem ex leuissima, & casu fortuito.*

Duas haec regula habet partes; Altera est in qua traditur socium ex dolo, lata, & leui culpa, teneri; Altera vero in qua de leuissima culpa, & multo minus de casu fortuito non teneri socium dixi.

4 Amplia igitur primo, primam huius regulae partem, etiam in fraude; *l. rei communis. ff. pro socio.* si enim socius tenetur de dolo, multo magis tenebitur, & de fraude. Haec enim dolo inest. *l. iuris gentium. S. sed, & si fraudandi in fin. ff. de pact.* Et omnis fraus est dolus, non e contrafaciunt tradita per Bart. in *l. quod nerua num. 1. ff. depositi; Alber. in l. fraudis. ff. de reg. iur. & Tiraq. de retract. S. 26. gl. 1. num. 33. versic. quamquam alij.* Vbi auctoritates DD. & pulchra lura allegat; & Menoch. de praesump. lib. 5. praesump. 3. nu. 3. Vbi de receptiori opinione testatur; Decian. tract. crim. part. 1. lib. 1. cap. 5. num. 10. Vbi tenet quod omnis fraus sit dolus, & reprobatur glossam in c. 1. 81. distinct. verb. fraus, dicentem quod omnis dolus est fraus.

7 Amplia secundo eandem regulae partem (& haec ampliatio est eadem cum regula) ut non solum teneatur socius de dolo, sed etiam de lata culpa. *d. S. socius. Inst. de societ. & Azor. Inst. moral. lib. 9. part. 3. cap. 2. versic. secundo queritur cum ill. concordant.* Lata enim culpa dolo in contractibus equiparatur, ut post Bart. in *l. quod nerua. ff. depositi, & Salicet. in l. 1. C. depositi, voluit Guliel. Mayn. in l. contractus. ff. de reg. iur. num. 28.*

per

per d. l. 1. Cod. depositi. & per d. l. quod nerua, & per l. si fideiussor in princ. ff. mand. cum simill. licet in deliciis non item. l. 1. S. si ideo quis ff. ne ius fiat ei qui in pos. & Guliel. Mayn. in d. l. contractus. de reg. iur. d. n. 28. post Bart. in d. l. quod nerua.

9 Amplia tertio teneri socium etiam de negligentia in custodiendo rem communem; Huic enim inest lata culpa, ut videre est in *l. cedere diem. S. fin. ff. de verb. oblig. & in l. magna negligentia. ff. de verb. signif. & ibi glos. in verb. magna, & tradit. Maran. in Spec. par. 4. nu. 68. in fin. Decian. lib. 1. cap. 6. n. 11. p. 1. & Farinac. de pen. temp. q. 88. num. 70. Vbi dicit hinc esse quod lura quandoque latam culpam nominant magnam negligentiam, quandoque nimiam negligentiam, quandoque dissolutam negligentiam, quandoque manifestam negligentiam, ac etiam quandoque crassam negligentiam: unde quia in culpa est socius, si rem communem tam negligenter custodierit, ut surripi potuerit, culpa ipsius furtum commissum creditur, Bart. in *l. cum duobus. S. damna. ff. pro socio.* & consequenter de furto tenetur. facit ad hoc d. l. cum duobus. S. damna. ff. pro socio. Vbi quis custodiam, & curam adhibere debet, ne quis bona societatis furtur, & hoc etiam sentit Azor. Inst. moral. loco citato d. versic. 2. queritur.*

10 Amplia quarto eandem primam partem regulae inter locatorem, & conductorem inter quos potius contracta societas intelligitur quam locatio. Bart. in *l. si merces. S. vis maior. num. 3. ff. loc.* Hic namque (Conductor. f.) de dolo, culpa lata, & leui tenetur. Franc. Viu. lib. 1. com. opin. opin. 129. nu. 1. per l. si ut certo. S. nunc videndum, ubi Bart. ff. commodat. & tradit Decian. in *l. contractus. num. 33. ff. de reg. iur.*

12 Extende primo supradictas tertiam, & quartam Ampliationes in casu quo Pastor a custodia animalium vel conductorum, vel alius in soccitam datorum, recessit, & damnum aliquod ex hoc euenerit; Nam culpa lata ascribitur, secundum Guliel. Mayner. in d. l. contractus. num. 40. per l. si quis fundum. 10. S. Imperator. ff. locati. ubi late glos. in verbo. Probari, & Scribb.

13 Extende secundo si socius pro curandis animalibus remedia opportuna noluerit adhibere; Nam si perierint latae culpa eius ascribitur. arg. l. quod si nolit. S. mancipium. ff. de edil. edict. & facit quod notatur. in l. si ab hostibus S. si vir. uxorem. ff. solut. matrim.

14 Extende tertio si socius mulum vel equum nimio onere onerauerit; Nam hic etiam in lata culpa dicitur esse, secundum eundem Guliel. Mayn. in d. l. contractus. num. 40. per text. in *l. qui insulam 37. S. qui mulas. ff. locati, & Bart. ibi,* qui per illum textum de animali conducto loquitur, & notat casum contra illum qui imponit valisiam roncino conducto ad uecturam, cum solum locetur ad portandum pondus hominis; Intellige tamen hanc tertiam extensionem procedere solum quando ultra consuetum, & ultra illud quod mulo sufficebat, mulum oneravit; Nam si

decessit

decessit ex pondere secundum consuetudinem, & nisi sufficientiam oneratus, non tenebitur socius. Nisi enim onerari possunt secundum onus ad quod portandum consuetudine sufficientes reputantur. Ita Ant. Corset. Sing. in verb. onus. per l. publici. C. de curs. pub. & Angar. lib. 12. & ibi Bart.

15 Extende quarto quando socius, v. g. conductor non coluerit, vel se-  
minauerit agrum temporibus opportunis, & congruis: Hic enim in la-  
ta dicitur esse culpa. Guliel. Mayner. in d. l. contractus. d. num. 40. ff. de reg.  
iur. per text. in l. si merces. 28. S. conductor. ff. locati, Vbi dicitur quod si  
colonus non facit opera rustica debito tempore tenetur ad interesse.  
& Bart. ibidem voluit quod conductor teneatur facere quae secundum  
consuetudinem locorum requiruntur.

16 Extende quinto quando socius tempore tempestatis, mare fuerit  
cum mercibus ingressus, vel sine gubernatore navis; Tunc enim iste in  
lata culpa dicitur esse. l. item queritur 14. S. si magister. ff. locati, vbi glo.  
citatur concord. legem. qui praeiorio. S. culpa. ff. de re. vend. & per d. S. si magi-  
ster. tradit Guliel. Mayn. loco citato, num. 40.

In supradictis omnibus casibus proximè positis, imprudenter, & si-  
ne proposito committitur, vel committitur quod ceteri eiusdem profes-  
sionis, non omisissent, vel commississent, unde lata culpa resultat.  
Gul. Mayn. d. l. contractus num. 29. in fine & pluribus num. seqq. Et haec de  
culpa lata.

17 Amplia quinto eandem primam regulam partem (& haec ampliatio  
est eadem cum regula) procedere etiam in culpa leui; non solum enim  
de dolo, & lata culpa socius tenetur, sed etiam de culpa leui. l. socius

18 socio. ff. pro socio. cum concordantibus supra. citatis. num. 2. Quare quando  
socius res communes, puta merces, à tineis, vel corrusione murum minus  
diligenter excussit in leui culpa esse dicitur, & de illa tenetur secundum  
Gul. Mayn. in d. l. contractus. ff. de reg. iur. num. 42. per l. item queritur. S. si  
fullo. ff. locati.

19 Extende primo hanc quintam Ampliationem quando socius infideli  
famulo pecuniam asportandam ad socium, vel ad alium commisit;  
Nam in leui culpa est talem famulum eligendo, si famulus pecuniam  
furatus fuerit; & de tali culpa tenetur Azor. Instit. moral. lib. 9. par. 3.  
de societ. & mand. cap. 2. versic. Secundo queritur circ. medium; & Guliel.  
Mayn. in d. l. contractus num. 43. ff. de reg. iur. Vbi qui negligentes opera-  
rios adhibet per quos damnum aliquod societas patitur, de culpa leui  
20 tenetur. citat. l. si merces. S. pen. ff. locati.

21 Extende secundo si socius qualitatem rei communis, mercium scili-  
cet ignoraret, & ex hoc damnum sequeretur; de culpa enim leui tene-  
bitur. ad tradita per Guliel. Mayn. d. l. contractus. ff. de reg. iur. num. 43. vbi  
citatur. text. in l. sed ad des. S. 1. ff. locati.

22 Amplia sexto eandem primam regulam partem, procedere etiam in  
heredibus; Tenentur enim, & ipsi ad illam culpam, quam praestaret is  
in cuius locum successerunt, l. actione. S. morte. ff. pro socio. Quod pro-  
cedit siue finita sit societas per mortem socij, siue non finita societas, &  
haeredes prosequuntur. negocium à defuncto inchoatum. gl. in l. cum o-  
stendimus. ff. de fid. & nom. & hered. tut. vel cur.

23 Restringe tamen hanc sextam ampliacionem procedere solum in he-  
rede voluntario, ipse enim tenetur de dolo, lata, & etiam leui culpa ad  
tradita per glo. in d. l. cum ostendimus in verb. negligentia. ff. de fid. & nom. &  
her. tut. Non aut in herede qui non volotarie gerit, sed solum ex necessi-  
tate, vt euenit in herede tutoris. Hic enim tenetur quidem de dolo, &  
lata culpa, non autem de culpa leui; licet defunctus; etiam de leui te-  
neretur gl. in l. curatoris. Cod. de neg. gest.

24 Amplia septimo eandem primam regulam partem procedere etiam si  
socius in quibusdam, opera, & industria sua, societatem auxisset; Nam  
ex eo quod damnum, quod in alijs negligentia sua contigit, non com-  
pensetur cum lucro, socius de culpa tenebitur. l. non ob eam 25. & l. &

25 ideo 26. ff. pro soc. De natura enim societatis est, vt diligentia adhibea-  
tur, & culpa puniatur. d. l. cum duobus. 52. S. venit. & l. socius socio. 73.  
cum simill. ff. pro socio. Vnde compensari non debet culpa cum diligentia.

Limita primo eandem primam regulam partem procedere solum  
26 quando socius consuevit esse diligens in suis rebus; Nam si diligens  
non consuevit esse in suis, non tenetur de culpa. Gul. Mayn. in d. l. contra-  
ctus. ff. de reg. iur. num. 37. Vbi hoc dicit verum quando conuentione so-  
cietas constituitur, nam tunc videtur inter socios tacite actum de ea diligen-  
tia adhibenda, quam socius in suis solitus est adhibere, non de alia, &  
est Bald. in l. si constante. & text. ibi. S. si maritus. ff. solut. matrim.

Limita secundo eandem regulam partem non procedere quando quis  
27 ex socijs faceret quod consuetum est fieri. v. g. conseruando merces,  
easue de loco ad locum asportando; Tunc enim si aliquod damnum pa-  
tiatur societas, socius vigore consueti à dolo, & à culpa excusabitur.  
l. si pignore. & ibi gl. & Bart. ff. de pig. act. l. pignus. & ibi Bart. Bald. Angel.  
Castro. Salicet. Cod. de pig. act.

Limita tertio eandem partem regulam quando vterque sociorum ef-  
28 fet in culpa, vel dolo; Nam tunc non tenentur socij, quia dolus cum  
dolo, & culpa cum culpa compensatur, glos. est, sup. verb. in S. fin. Instit.  
societ.

Limita quarto eandem primam regulam partem non procedere si per  
29 allegantem dolum & c. dolus non probetur; nam quod nemo hoc casu  
teneatur, est l. quoties. la seconda. S. qui dolo, ff. de probat. & Roman. cons.  
68. num. 8. versic. qui ergo dolum; Masc. qui alios plures allegat. de prob. lib.  
1. conc. 53. num. 9. & Paris. cons. 49. num. 28. lib. 1. Et ratio est quia regu-  
lariter

lariter dolus numquam præsumitur. *Fulg. num. 1. in 2. notab. Rolan. conf. 11. num. 45. lib. 3. & Menoch. de præsump. lib. 5. Bart. in l. si quis, fundum. §. Imperator. ff. locat. num. 2. & 3.* Vbi tradit quod absque probatione hoc vno tantum casu præsumatur dolus, si ex qualitate facti dolus appareat, & id Bart. in l. si quis argentarijs. §. pen. ff. de eden. Farinac. De pen. temp. quest. 89. Vbi nostram limitat. ampliat in fraude, & in culpa multimodè; Et deinde duas limitationes circa culpam ponit; nempe quod præsumatur culpa ex qualitate facti, & in ijs quæ non possunt committi sine culpa, in his enim probandum esse culpam abesse, tenet post alios quos refert id. Farinac. firma. in reperor. in verb. culpa in societate. num. 9. & 10. Et hæc de prima parte regulæ.

- 32 Secunda pars regulæ est quod socius non teneatur de leuissima culpa, nec minus de casu fortuito. Et ratio huius est. *secund. Petr. de Perus. tract. de duob. frat. par. 7. in princ.* Quia si socius fuit in leuissima culpa, contra fuit in leuissima culpa alius socius secum parum diligentem socium associando, Vnde leuissima cum leuissima culpa compensatur. *cit. Bald. in l. qua fortuitis. Cod. de pig. act. & est tex. in §. socius socio. Instit. de societ. & in l. socius socio. ff. pro socio.*

Amplia hanc secundam regulæ partem procedere etiam si socius periculum in se reciperet, nam hoc non obstante, quod socius non teneatur de casu fortuito scribunt *Paul. de Castr. in l. sed & si quis. §. questum. ff. si quis cau. Lud. sing. vers. lex opus, & Bart. in d. l. sed & si. cum alijs citat. à Bertach. in 4. part. reperi. littera P. verb. Periculi appellatione. fol. 86. col. 4.*

- 35 Limita tamen hanc secundam regulæ partem, non procedere quando expressè ad id se obligauerunt socij, tunc enim etiam de leuissima tenentur. *Azor. Instit. Moral. par. 3. lib. 9. cap. 2. versic. secundo queritur. circ. medium.* Sicut & de casu fortuito, loquens in conductore, voluit, *Franc. Viu. opin. commun. lib. 1. opin. 129. num. 5.* Vbi tamen dicit intelligendum esse de casu solito; Nam de insolito & inconsueto, teste eodem *Franc. Viuio, neminem teneri, voluit Bart. in l. sed & si quis. §. questum. ff. si quis cant. Ang. conf. 173. Alex. conf. 28. vol. 1. & conf. 33. vol. 2.* Et hanc communem dicit, nec in iudicando, & consulendo ab hac recedendū, *36* suadet. *Francis. Viu. d. opinion. com. 129. num. 5. in fin.* Et ratio huius limitationis videtur esse, quia contractus ex conventionione legè accipiunt. *ad tex. in l. legem. 10. Cod. de pact. & l. 1. §. si conueni. ff. depositi.* De materia huius limitationis. vide *Rom. sing. 441. vbi fortuiti casus promissionè & obligationem valere voluit, nisi casus culpa eius cui promittitur adueniat, tunc enim promittens de casu non tenetur; & Rom. in sing. 135.* Vbi repetit fortuitum casum permittentem non teneri si casus accidit culpa aduersarij; & faciunt tradita per *Hip. Mars. sing. 96. & per Alex. conf. 84. vol. 6. & per Arzet. conf. 111. in fin.* Vide insuper *Roman. sing. 442.* Vbi dicit quod periculi verbum non comprehendat casum fortuitum, nisi

nisi illud verbum non posset aliud operari. Quare ex his habes in materia casus fortuiti tres huius limitationis restrictiones. Prima quod quis non teneatur de casu insolito, etiam si ad casum fortuitum se obligauerit. Secunda quando casus culpa eius cui promittitur aduenit; & tertia quando quis ad pericula se obligauerit.

- 37 Limita 2. eandem secundam regulæ partem, non procedere quando socius consuevit in suis rebus esse diligentissimus, tunc enim si in rebus communibus non fuerit diligentissimus, de leuissima tenebitur. *vt in simili tradit Bald. in d. l. si constante. §. si maritus. ff. solut. matrim. & faciunt* 38 *optimè tradita per Gul. Mayn. in d. l. contractus. De reg. iur. num. 37.* Vbi dicit quod quando societas contrahitur expressè, tunc videtur actum inter partes de ea diligentia adhibenda, quam socius in suis solitus est adhibere: Vnde in casu nostro si diligentissimus est in suis, actum videtur quod diligentissimus sit in communibus, & sic quod de leuissima teneatur, quæ nihil aliud est quam facere sine proposito, quæ non faceret diligentissimus Paterfamilias. ita eam definire videtur. *Prosp. Farinac. pract. crim. de pen. temper. quest. 88. num. 83.* Vbi definitionem Bartoli, Saliceti, & Bald. refert, & hanc more suo infinitis Iurium locis, & auctoritatibus probat.

- 40 Contra hanc 2. limitationem tenet *Azor. Instit. Moral. par. 3. lib. 9. cap. 2. in fine.* Vbi dicit leuissimam hoc casu præstare quem non teneri, & nihil amplius præstare naturali, aut scripto Iure compelli socium, quam culpam latam, & leuem, & hoc etiam secundum conscientiam sufficienter testatur. Tu tene hanc Azorij sententiam. Nam hoc casu potius dici potest latior culpa, quam leuissima, *vt dicit Petr. de Perus. tract. de duob. frat. part. 7. in princ.* Et ita dici potest secundum prædictam limitationem, quod in tali casu teneatur quidem socius, sed de latiori culpa, non autem de leuissima.

- 41 Limita vltimò eandem secundam regulæ partem in casu quo data essent animalia in societate, & pactum fuit initum inter socios quod dicta animalia sint communia vna cum fructibus, (potest enim fieri tale pactum, cum præter, non contra naturam societatis sit. *Azor. Instit. Moral. par. 3. lib. 9. cap. 8. De societ. versic. quæres itidem.*) Hoc enim casu si animalia casu etiam fortuito perierint, vel in totum, vel in parte, damnum erit commune, ac proinde si in totum perierint, medietatem illorum rusticus debet soluere socio; si verò in partem perierint, quæ remanent æqualiter erunt diuidenda. Ita *Azor. loco citato; & dicam ego inferius. cap. de damno. limit. 13. num. 90.*

Hic cadit congruè tractatio de dolo, fraude, lata, latiori, leui, & leuissima culpa, sed quoniam diffusè hæc tractantur à *Guliel. Mayn. in l. contractus. ff. de reg. iur. per tot. & Bald. in l. qua fortuitis. Cod. de pig. act. & Bart. in l. quod nerua. ff. depositi; & Prosp. Farinat. clariùs & distinctius per*

42 *varias regulas, ampliaciones, & limitationes, in lib. 3. var. quæst. & com. opin. crim. tit. 10. de pen. temperan. quæst. 88. Vbi dolus, fraus, & culpa quid & quotuplex sit; & quæst. 89. An dolus, fraus, & culpa in dubio præsumatur; & quæst. 90. Vbi quomodo probetur dolus & fraus. & quæst. 91. & seq. Vbi de præsumptionibus inducentibus, & excludentibus dolum. Ego ad illos te remitto cum in modo tractandi dilucidius, & per-elegantius hoc usurpati minime posse arbitratus fuerim.*

### ARGUMENTVM.

Facto vnus ex socijs alij non obligantur aduersus creditorem, sed solum obligati intelliguntur finita societate aduersus consocium.

### SVMMARIVM.

- 1 Consocij non obligantur facto vnus ex socijs.
- 2 Ex contractu socij, socius non tenetur, nisi probetur pecuniam versam esse in utilitatem communem.
- 3 Res quæ sita per socium, post societatem contractam, non quæritur socio ipso iure.
- 4 Socius rem communem totam alienare non potest, & quomodo hoc procedat.
- 5 Sicuti rem communem nec pignori dari potest.
- 6 Tria contraria fundamenta ponuntur, & solvuntur.
- 7 Ex contractu socij non obligantur consocij, etiam si debitum contractum cum socijs communicetur.
- 8 Omnium bonorum socij, rem communem alienare non possunt, nec pignori eam dare, nec personam socij ex ipsorum facto obligare.
- 9 Frater de proprio soluit debitum, quod durante communionem contraxit.
- 10 Fallit quando per contrahentem debitum probatum fuerit contractum fuisse occasione rerum communium, & in utilitatem communem profectum.
- 11 Dos non restituitur de communi, nisi probatum fuerit à fratre, vel socio in utilitatem communem conuersam esse.
- 12 Detrahitur Dos de communi ante omnia per fratrem vel socium qui onera matrimonij sustinuit, & hæc in diuisione non venit.
- 13 Frater maior præsumitur dotem minoris natu recepisse, & ideo detrahi debet ante omnia de communi, absque alia probatione, quod ipsa in rem communem versa sit.
- 14 Idem statuitur in Patre, ipse enim præsumitur recepisse dotem filij.

- 15 Socius non incidit in pœnam contractus celebrati per consocium.
- 16 Consocius non obligatur ex facto socij etiam si artem simul semper & promiscue exercerent.
- 17 Ponitur dubium, & soluitur, circa hoc.
- 18 Socius non tenetur compensare creditum quod habet v. g. cum Titio, cum debito quod consocius habet cum eodem.
- 19 Socij licet non obligantur ex facto consocij erga creditorem obligantur tamen erga consocium.
- 20 Socius debet conservari indemnis pro patre, etiam si consocius esset condemnatus.
- 21 Consocij non obligantur facto socij, quando debitum contractum non fuit ratione societatis.
- 22 Sicut nec obligantur quando probatum non fuit debitum versum esse in utilitatem communem.
- 23 Socius non obligabitur ex facto consocij, si protestatus fuerit ne contraheret.
- 24 Quilibet socius erga creditores tenetur in solidum, quando socij publicum officium representant.
- 25 Socij tenentur in solidum ex facto eorum Institoris.
- 26 Sicut quando vnus eorum pro omnibus socijs exercet.
- 27 Socius de facto assumpti, erga consocium tenetur.
- 28 In culpa est socius qui male eligit; & ideo de culpa tenetur.
- 29 In solidum obligantur socij de facto consocij, quando tacita eorum voluntate apparet, & quomodo fiat demonstratur.
- 30 Socij si separatim negociantur, & exercent in diuersis locis vnâ vel diuersas mercantias, videntur inuicem propositi.
- 31 Consensus siue expressus sit, siue tacitus parit obligationem.
- 32 Inuicem sunt obligati socij quando occasione societatis, contractum fuit debitum, & in communem utilitatem conuersum.
- 33 Consentire videntur qui tacent, & non protestantur actui, vel non prohibent actum.
- 34 Tenentur de facto socij, in casibus in quibus rem communem eius inuicis consocijs potest alienare.

### CAPVT QVINTVM.

#### De obligatione erga consocios, & creditores.

- 1 **I**N hoc quinto capite REGVLA constituenda est negatiua: factum enim vnus ex socijs consocios nõ obligati, est communis opinio Doctorum, & est textus apertus in l. si socij sumus. in fi. ff. pro socio. & in l. iure societatis. ff. pro soc. & ibi glos. Vbi ex contractu socij, socius